

vita dicitur aut doctrina vita destruat aut doctrina presumptio extollat. Subdit eodem libro c. r. ille modis omnibus debet ad exemplum bene viuendi pertrahi qui cum actis carnis passioibus moriens iam spiritualiter viuere qui ita se imitabilem ceteris meritis quae agit insinuat ut inter eos non habeat quod saltem de transactis erubescat. Quae sic studet viuere ut primorum quoque corda audentia doctrine valeat fluentis irrigare. Summo ergo sacerdos paciscere debet populum vite exemplo angelicam puram vitam ducendo ne ipsius vita a populo despiciatur. quod secundum beatum Gregorium omel. 39. et in c. 29. nitores. 3. q. 7. cuius vita despiciatur restat ut eius predicatio attenuatur.

Secundum officium angelorum est hortari. Matth. 1. et 2. capitulis angelus domini in somnis Ioseph hortando dixit. Surge accipe puerum et matrem eius et fuge in egiptum tale officium imitatur sacerdos consilia sana prout in populo suggerendo. ut pericula vite et peccatorum eternam mortem euadendo. Tercium officium angelorum est per bonam ac congruam peruersationem in hac peregrinatione deducere. Thobie. 5. dixit raphael angelus thobie seniori ego ducam et reducam eum ad te. Sic deus commisit populum suum sacerdotibus ut eum hic ducant et ad ipsum reducant et sicut victoria exercitus glorie est boni ducis ita sanctitas populi attribuitur per merito sacerdoti. unde Christus de dignitate sacerdotali beati agenti populo vnusquisque per merito suo remunerabit.

Sacerdos autem per bonis omnium. Habebit enim per meritis proprijs auream. per adquisitioe aliorum aureolam. idem Christus super matth. ca. 23. super illo verbo. intrauit iesus in templum dicit. Si sacerdotum integrum fuerit tota ecclesia floret. Subiungens si videris populum indisciplinatum et irreligiosum sine dubio agnosco quod sacerdotum eius non est sanum sed bene ducendo populum ad deum eorum. Quartum officium angelorum est vehere. id est transportare animas in celum. Luc. 16. Mendicus portabatur ab angelis in sinum abrae. Sic sacerdotes de terrenis desiderijs ad amorem celestium transferre debent populum. potissimum eis confitentem. 1. Petri. 2. peccatis mortui iusticie viuam omni conamine laborantes ut vehant populum eis commissum in sinum dei. Quintum angelorum officium est excitare. Actuum. 12. angelus percusso latere petri excitauit eum dicens. Surge velociter Petrus in carcere dormiens est peccator mala consuetudine in peccatis quiescens inter duos milites mortem sed et dyabolum. mors insidiatur corpori. dyabolus anime. due cathene sunt amor deliciandi pudor reuelandi. duo custodes ne homo per confessionis hostium exeat sunt venie presumptio. et vite plene confidentia. huic dormienti debet sacerdos astare. corripiendo ipsum excitare latus cordis exemplis atque quod ammonitionibus percutere. vicia dissimulando non palpare. sed ut sanctus Ambrosius cum peccatore per peccata